

Band VI., Nr. 1965, Seite 358-359

Herzog Ludwig von Teck beurkundet die Schlichtung eines Streites zwischen der Wittve Agnes und ihren Söhnen Ludwig und Ulrich von Riet, genannt von der Mühle, einer- und der Schwester Mia von Faurndau andererseits über die Hälfte eines Hofes in Bodelshofen.

Ohne Ortsangabe, 1268.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Nos Ludewicus dux de Tecke omnibus inspecturis presentem paginam declaramus, quod controversia, que vertebatur inter Agnetem viduam et filios eius Lvdewicum et V̄lricum de Riete dictos de Molendino ex una parte et sororem Miam de Fvrindowe ex altera super medietate curtis site in Bodelshoven, utrum scilicet predicta soror Mia ipsam titulo proprietatis an titulo pignoris possidere deberet, eo quod domina Kvnegundis bone memorie, relicta quondam C̄vnradi militis de Hvsen¹ bone memorie, totam curtim predictam a predictis Agnete et filiis ipsius de consensu nostro et C̄vnradi fratris nostri cum conditione reemptionis emerat pro LX libris Hallensium et supradicte sorori Mie, que ei diu servierat, medietatem eiusdem curtis eodem iure assignaverat possidendam, mediantibus fratribus Predicatoribus Burchardo et Bertholdo, partibus libere consentientibus, taliter est decisa, quod sepedicta soror Mia medietatem curtis predicte sibi a domina Kvnegundi assignatam pro XXX libris Hallensium tytulo proprietatis possideat et eandem medietatem Agnes et filii ipsius de Riete iure culture ab ipsa sorore Mia teneant et ipsi annuatim V modios siliginis et VII modios avene annone scilicet, que in predicta curti creverit, usque ad Nativitatem beate Virginis absque omni contradictione persolvant et cultor eiusdem curtis annonam sorori Mie assignatam, quo voluerit ipsa soror Mia, infra unum miliare ducere teneatur. Quod si sepedicta Agnes et filii eius ante mortem sororis Mie partem curie quam titulo proprietatis possidet emere voluerint, ipsi Mie XXX^{ta} libras Hallensium iure emptionis assignent. Quas ipsa soror Mia de consensu conventus sororum in Syrmenowe in aliquos redditus sibi utiles conmutare tenetur, in quibus sibi post mortem predictus conventus succedet. Si vero Agnes vidua et filii ipsius ante mortem sororis Mie non emerint partem predictam, sed ipsa soror Mia eam usque ad mortem possederit, ea mortua predictus conventus sororum in Syrmenowe ipsi in

¹Nicht sicher zu ermitteln, welches Hausen gemeint sein könnte: vielleicht Pfauhausen, Wernau, ES, als nahe bei Bodelshofen, Wendlingen am Neckar, ES, gelegener Platz, oder aber z.B. auch Albershausen, Albershausen, GP, das einst unter der Hoheit der Herzöge von Teck stand.

II

omni iure suo quod habuit in medietate curtis predicte succedet. In cuius rei testimonium sigilla nostrum et conventus fratrum Predicatorum in Ezzelingen et conventus sororum in Sirmenowe presenti pagine sunt appensa.

Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LX. VIII^o., presentibus partibus predictis Vlrico milite de Kirchain et duobus filiis suis, Marquardo plebano de Richenbach et Vlrico dicto Nuz, Cvnrado de Hvningen, milite dicto Tvzilare, et fratre ipsius Heinrico canonico in Fvrindowe, Brvnone de Celle milite, decano de Hvningen, sorore Hedewigi de Syrmenowe et aliis quam pluribus.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

3 Siegel: 1) des Herzogs Ludwig von Teck, bereits S. 17 beschrieben, von der Umschrift hier erhalten: + SI DVVICI ECKE; 2) der Priorin und des Convents von Sirnau, S. 26 beschrieben; 3) des Predigerconvents zu Esslingen, spitzoval, c. 47,30 mm (II. B.): der Apostel Paulus vor versammelter Menge predigend, Umschrift: + *Sigillum* . CONVENTus . FRatruM . . . ATORum . In . EZELINGeN; innerhalb, hinter der Figur des Predigers die Worte: S PAVLVS, zwischen derselben und den Zuhörern auf einem Bande eine nicht mehr sicher, wahrscheinlich aber als: APostoluS *Predicat Atheniensi ecclesie* zu entziffernde Schrift.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 169 U 12

Regesten:

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 350. UB Esslingen, Bd. 1, S. 23, Nr. 99.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Albershausen Wohnplatz (569)
 Albershausen, GP
 Altenriet Wohnplatz (298)
 Altenriet, ES
 Bodelshofen Wohnplatz (463)
 Bodelshofen, Wendlingen am Neckar, ES
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Faurndau Wohnplatz (722)
 Faurndau, Göppingen, GP
 Heiningen Wohnplatz (753)
 Heiningen, GP
 Kirchheim unter Teck Wohnplatz (373)
 Kirchheim unter Teck, ES
 Pfauhausen Aufgegangen (34522)
 Pfauhausen, aufgegeg. in Wernau (Neckar) ES
 Reichenbach unter Rechberg Wohnplatz (647)
 Reichenbach unter Rechberg, Donzdorf, GP
 Sirnau Wohnplatz (347)
 Sirnau, Esslingen am Neckar, ES
 Teck Wohnplatz (437)
 Teck, Owen, ES
 Zell unter Aichelberg Wohnplatz (857)
 Zell unter Aichelberg, GP